

CASTOR

ET

POLLUX.

TRAGÆDIA

DABITUR IN THEATRUM

COLLEGII REGII FLEXIENSIS

H. J. r. 56.

(22)

SOCIETATIS JESU.

A SELECTIS SECUNDANIS.

Die 17. Februarii horâ post meridiem primâ.



FLEXIÆ,

Ex Typographiâ Viduæ GEORGII GRIVEAU! Typographi
Regii, & Henrici Collegii Societatis JESU.

M. DCC.

*au R. D. P. de Lehan
de la part de son très.
Serviteur
G. Haldé*

1A



ARGUMENTUM.

POST expeditionem Colchicam, Castor, Pollux, Idas, Lynceus, ceterique Argonautæ in patriam revertentes, Cyprum appulere: Leucippus Rex Cypri, regnum, & filiam, Elairam nomine, ei spondit qui more Grajo rivalet vinceret. Fratrum par geminum pugnam iniere. Prima inter Idam & Lynceum fuere certamina: Idas à fratre occiditur Lynceo: mox Lynceus Castorem percutit; Pollux denique fratris necem ulturus Lynceum agreditur ac perimit: ac demùm ab Jove impetrat ut cum fratre immortalitatem partiatur.

Hæc Theocritus, Virgilius, Ovid, &c.

Scena Amathunte in Palatio Regis.



ACTUS I.

ADERAT jam dicta ineundi pro Regno & conjugē certaminis dies, cum Castor armis accingitur; docetur qui sint Elairæ erga se sensus: Pollux interea, qui tacitè Elairam deperibat, stupet primùm, cum intelligit Castorem eodem amore ductum pugnam meditari. Tum Castore digresso Euridamæ aperit quam varias distrahatur in partes: suadet pugnam amor Elairæ & regnandi sitis, at verat fraternus amor; spem regni suòsque amores fraternæ charitati posthabet. Sub his prodit Leucippus cum reliquâ Argonautarum manu, is pugnæ sponsiones ac leges edicit; Lynceus & Idas fratres alter alterius æmuli ardent in pugnam terociùs, dântque nonnulla furoris & odii mutui argumenta, dum Pollux pugnam recusans suum in fratrem amorem satis manifestò declarat.





ACTVS II.

DUM se comparant ad certamen Idas ac Lynceus, erumpunt invicem in convicia, nec ullo fraterni amoris sensu à mutua concertatione deterrentur: retinent tamen Lynceum animo labantem levia quædam fraterni amoris vestigia, sed demùm vincit regni cupiditas, nec fratrem rivalem sustinet: Castor supervenit sibi gratulatur nactum esse se tandem dignos se, regno, & Elaira æmulos. Mox scrupulo angitur nonnullo, ne videlicet Pollux suâ unius causâ abstineat à pugnâ; cum ecce improvisò adest Pollux, cujus ut animum exploret Castor, fingit se & Elairæ amorem & pugnæ consilium abjecisse: has fraternæ amicitiae artes subodoratus Pollux, tantò magis sibi à certamine interdicat. Castor ad pugnam contendit.



ACTUS III.

L EUCIPPUS hunc pugnandi ordinem ac modum præscribit
ut Castor & Lynceus primi in arenam descendant: quem hono-
rem sibi præreptum non ferens Idas, multa fratri ferociter minatur;
jamque in eo erant ut manus consererent, cum Castor sese inter-
ponit medius, ac mutui furoris vim cohibet; tamen ita discedunt
ut sibi extrema quæque minitentur. His digressis, solus Castor
secum meditatur tum alia, tum illud, hac potissimum die planum
fore uter è duobus, Pollux ne an Castor, Jove sit genitus. Hæc
cogitanti sese offert Pollux; verbis amicissimis fratri victoriam
apprecatur, eundemque dimittit abs sese ad pugnam; tum hæret
incertus an pugnae testis esse debeat, sed fortè fraternæ cædis do-
lorem hauriret oculis, forte etiam occurrerent multa quæ novam
regnandi cupiditatem injicerent: ergo potius esse ducit eventum
certaminis longè à pugnae æquore præstolari.





ACTUS IV.

DUM congregiuntur Pugiles, angitur Pollux intimis sensibus, Rhécámque præmittit quò de pugnae exitu certior fiat. Tum recursant animo & fratris periculum & Elairæ amor: quid si frater caderet? Quid si obrinendi Regni sibi copia fieret? frustra: nec fratris etiam extincti rivalis esse sustinet. Sub hæc nuntiatur Idam à Lynceo superatum fuisse: Pollux Lynceum fratricidam execratur, cum ecce supervenit Rhecas, narrat quâ virtute Castor congressus fuerit acclamante tota Cypro: deinde eundem refert; cum jam victoriam haberet in manibus, fraude & astu Lyncei cecidisse: Qui sensus Pollucis! abit è vestigio Castoris necem ulturus.





ACTUS V.

POST reportatam de Lynceo victoriam, Polluci gratulantur Argonautæ: nihil istis movetur Pollux; cecidir Castor, satis est ad perpetuos luctus: Jovem interea parentem suum orat obtestaturque ut, si per fata Castorem æternum vivere non liceat, saltem immortalitatis in partem veniat; in his erat cum Leucippus inter festos tubarum plausus Pollucem victorem declarat, eique Elairam ac regnum dotale addicit: sed gravior inustus est Pollucis animo dolor, quam ut ejusmodi honores æquâ mente accipiat; fratris desiderio suam felicitatem vimque amoris posthabet. Tùm enixius Jovem orat, ut alternâ morte fratrem redimere liceat: quod oraverat, exorat: adest redivivus Castor inter repentinos tonitruum fragores; qui lætitiæ sensus! Pollux sceptrum Cyprium remittit Castori ac vitæ immortalis vices impertit. Leucippus superveniens his assentitur omnibus.





ACTORUM NOMINA & Personæ

LEUCIPPUS, Rex Cypri.
ANONIMVS DARSAC DE TERNAY, Parisinus, Convictor.

POLLUX Frater Castoris.

PHILIPPVS BOVRSALT, Bituricus, Convict. } *Principes*

CASTOR Frater Pollucis.

JOANNES BAPTISTA DENYAV, Flexienfis. } *Græci.*

LYNCEUS Frater Idæ.

CAROLVS DE GYMONNEAV, Rothomagus, Conv. }

IDAS Frater Lyncei.

EDMUNDVS DES GVETZ, Parisinus. }

TELAMON Nobilis Argonauta. }

CAROLVS DVBOIS DE LA FERONNIERE,
Nannetensis, Convictor. }

EURYDAMAS gratiofus apud Pollucem. } *Nobiles.*

CAROLVS ERASMVS DE CONTADES,
Andegavenfis, Convictor. } *Græci.*

DARCES gratiofus apud Castorem. }

PETRVS ADAMVS BARREAV, è Castro ad Valerium. }

RHECAS gratiofus apud Pollucem. }

SIMON PRIEVR, Flexienfis. }